

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

De languidis affectibus, & ijs, qui vocantur ἀπάλαιςοι. Capvt XI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

die cythara ludentem Aures beatas! Ceterum cantus erat terra laudatio; cui quidem de aureo cyatho libare mihi videtur, quod pueram occuluerit dechiscens, ac se deinde con- trahens.

Tandem describit incendium, in quo ridiculum est, quod ait, Julianum Imperatorem, vbi de templi incendio rumor auditus est, Mercurij ralata quesiuntur, ut ad flammanum restinguendam properaret, Nymphas e suis fontibus egressas, ingentem lucum excicasse. Postremo concludit.

Praesta te mihi talem, Apollo, qualem te reddidit Chryses, dum Gracis imprecatur, ita plenum, & nocti adsimilem: quandoquidem tibi ornamenta cum redderemus, & qui cuncti olim de templo tuo ablatum fuerat restitueremus; praeceptum est, quod colamus simulachrum, haud aliter, quam si sponsus aliquis inter dum corollae contexuntrur, moriatur.

Hi non sunt affectus, sed deliramenta, vt praetar animaduertit D. Chrysostomus.

#### De languidis affectibus, & q̄s, qui vocantur ἀπάλαιοι.

#### CAPUT XI.

**D**ori nis  
egregium  
dicum  
*Atte. I. 8.*

Orion ille quidem tibicen haud ignobilis, & præ ceteris facetus, ut multas in omne genus hominum, sic in poëtas, & oratores plerasque contorsoit argutias, qui in rebus magnis describendis sufficient argumento longe inferiores. Itaque cum tempestatem à Timotheo descriptam in nauta legeret, liquidò affirmavit, se in feruenti cacabo vidisse vehementiorem. Hoc plerisque oratoribus accidit, qui in iis affectibus effugendis, qui vehementiam habent non mediocrem, ita ipsi remissi sunt, & languidi, ut multum de rei maiestate detrahant. Quis enim fingere non poterit, qui in grauissimis iniurijs languorem orationis simul habeat, & actionis? Naturæ ipsa in istis sua sponte profilit satis, nec acrioribus indiget incitamentis, nam & imperti, & barbari, dum suas, aut propinquorum lamentantur iniurias, ita vox, vultu, & tota actione se gerunt, ut appareat eos, quod agunt, imis sentire medullis, ac viseribus, si quis igitur orator ita est naturæ imbecillitate constitutus, vel etiam vox, & lateribus ita tenuis,

ut nec possit indignari, nec irasci, nunquam huiusmodi argumenta tractare debet.

*Horat.*  
*carm.ode*  
II.

Quis Mariem unica tecum adamantina  
Digne dixerit, aet puluere Troico  
Nigrum Merionen? aut ope Palladis  
Tydideum superis parem.

Qui genium habuerit potentis naturæ, quam non omnino in hac cedendum est naturæ, sed si vehementius, quam pat est incita, ta fuerit, restringenda est nonnunquam, & ardoris cursus compellendus, ne in eos motus incidamus, quos Rhetores ἀπαλαιοί nominant, inconditos scilicet, & agrestes, nec palestræ cultura perpolitos. Sit Oratori modellia, quod C. Gracchus Erycinus feruus: quæ non fistula eburnea, sed recta rationis lege, modo inconditi motus vastitatem coiligat, modo intemperant vehementiam reprimit, modo lascivientis luxuriam amputet, ad sumum, omnia iuxta decori leges & iura componat.

#### De mixtura affectuum.

#### CAPUT XII.

**D**Electationis mater est varietas, quam, ut natura in rebus, sic in oratione ars, & ipsa qua conficitur ex arte ratio, prudenter obseruat. Non erit igitur omnia uno affectu pertexenda, sed prout rerum, actionumq; dissimilitudo postulabit, grata disparitate miscenda, quam necessario actionis excitata quedam species, atque admirabilitas consequitur. Et hoc ipsum in Sapphone Poetria de meliore nota commendat Dionysius Longinus, quod ut sublimis artifex, diuersos motus summa varietate, nec minus eleganti pulchritudine temperaret, ut in istis versibus.

Φάνεται μοι χειρὶ ισθείσης τεοῖσιν  
Επιδεῦ οὐδὲ σύνειστι οὐ τοι  
Ιζανεῖ, καὶ πλησίοις οὐδεφέρει  
Σεις ὑπακθεῖ.  
Καὶ γελώταις ιμπόει, τὸ μοι τὰ  
Καρδίαν διαγένεται επίστασιν.  
Οὐτὶ δέ ον σ' αὐτούς βρόγχον, έμοι δέ παλέας  
Οὐδὲν δέ ηκει.

Et Ceteri, quos latinos habes apud Catul-  
lum.

Aaa 3 Sed